Quelle:
Copyright:

13. Fol. 216a – 244a.

Eadem tract. de contemplat. minori.

Rubrica est: "Sequitur tractatus ejusdem Richardi de contemplatione minori". Incipit: "Benjamin adolescentulus in mentis excessu". In præfata editione habetur Par. 1. p. 178. ubi inscribitur de præparatione animi ad contemplationem, seu etiam Benjamin minor.

14. Fol. 244a – 256b.

S. Thoma de Aquin. de perfectione.

Rubrica: "Incipit prologus in libum de perfectione Thome de Aquino". Initium est: "Quoniam quidam perfectionis ignari". Eandem ergo librum præ oculis habemus, quem jam recensuimus in Cod. præcedenti n. 3.

15. Fol. 256b – 277a.

Tractatus de præparatione etc.

Tractatus de cordis præparatione et ejus aperitione ac custodia prohemium. Ita rubrica. Prooemium incipit: Loquimini ad cor Jerusalem". Authoris vestigium adhuc nullum deprehendi.

16. Fol. 277a – 287a.

S. Bernardi tract. de moribus adolescentum.

Rubrica inscribitur: "Incipit tractatus Beati Bernhardi abbatis de moribus adolescentum". Initium est: "Hortatur quidem timidam mentis meæ imperitiam". Extat inter Opp. S. Bernardi edit. Mabill. Vol. VII. col. 386. sed multo auctior, ibique inscribitur de ordine vitæ et morum institutione. Dicitque